

Heinrich Rudolph Redecker Bernhard Wedemhoff

Disputatio Iuridica De Interesse

Rostochii: Kilius, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740060899>

Druck Freier  Zugang



Witzmannsfall durch
Feindes Verschulden

R U jur. 1669

Heinr. Rud. Redeker, Pr. 1 b.

Bernhard Wedemhoff, Resp.

DISPUTATIO JURIDICA
De
INTERESSE,

Quam
Divina annuente gratia

PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Excellentissimo, & Consultissimo

**DN. HEINRICO
RUDOLPHO Redefern/**

J. U. Doct. & Antecessore Rostoch. celeberrimo,
Sereniss. Ducis Meckl. Consiliario,
& Consistorii Ducalis Assessore
gravissimo,

Domino Fautore, Hospite, ac Præceptore
suo ætatè venerando,

Publicæ & placidæ disquisitioni submittit

BERNHARD Wedemhoff/

Lubecens :

A U T O R.

*In auditorio Majori ad d. X Junij.
boris antemerid..*


R O S T O C H I I,

T P I S J O H A N N I S K I L I I, Acad. Typogr. ANNO 1669.

DISTRICTIO JURIDICA
D.
INTERESSE

Divinae gratiae

DR. HENRICO
CO.



J. U. D. O. & A. N. T. O. R. I. O. S. C. E. L. E. B. E. R.

Domino Praetore, Hospite, ac Praeceptore

BERNHARD STEINBOCK



I. N. D. N. J. C.

THESIS. I.



de R. C.

Uspicaturus nobilissimam juxta ac intricatissimam de interesse materiam rerum quidem rationem potiore, verborum tamen priorem secundum prudentiorum opinionem habendam esse censeo. *arg. l. 1. ff. de J. & J. l. 1. pr. l. 2. §. 2. ff.*

THESIS. II. Interesse ab eo, quod est utile, dictum videtur, quia ab illo, quod interesse nostra poterat, h. est utile nobis s. in re nostra, futurum erat, procacia, s. contumaci mora h. e. dolo vel culpa, adversarii sumus exclusi. *l. 4. C. de A. E. l. 1. §. ult. ff. de R. P.* Hinc dicitur à priscis JCrus id quod interest, sc. nostra quibus ejus nomine actio quædam competit *l. 3. §. ult. ff. uti possid. l. 1. pr. ff. de A. E. l. un. §. ult. ff. si quis. jus. dic appellaturque aliàs utilitas quæ circa rem est l. un. C. de sent. quæ pro eo. l. 21. §. 3. ff. de A. E. l. 2. pr. & §. fin. ff. de eo quod cer. loc. l. 1. §. 41. ff. de Vi & vi arm. l. 9. §. fin. ff. ad exhib. Pecunia l. 72. de V. O. imò pecunia numerata l. 13. §. 1. ff. de re jud quia id ipsum, quod consequi debuimus, nobis non præstatur sed pro eo pecunia, quanti id fuerit æstimatum. *Donell 26. comm. c. 14. & ibi Hillig.* Pœna, quatenus verum rei pretium excedit. *l. ult. junct. l. 8. ff. de eo quod cert. loc. l. un. C. de sent. quæ pro eo quod interest litis æstimatio d. l. 8. de eo quod cert. loc. Calv in Lex. sub hâc voce, Fructus l. 4. §. 2 ff. si serv. vind. & l. 6. §. 6. eod. quia id ob fructus petitur. Umm. Disp. 21. ad Proc. Jud. direct. th. 2. n. 14. à Dd. nominatur quandoq; usura restauratoria, & commodi percepti recompensativa. *Gait. de cred. c. 4. quæ sit 10. n. 168. & seqq.* item, ab effectu, absolute compensatoria, quando quis pro sua indemnitate aliquid præter sortem accipit, *Perez. in prælect. ad tit. C. de usur. n. 4. Carpz. lib. 4. tit. 7. Resp. 51***

n. 3. nam propriè id quod interest separatur à rei æstimatione *l. 1. §. 20. ff. de tut. & rat.* adeoq; id quod interest & quanti ea res est, divèrta sunt. *l. un. in fin. ff. si quis jus dic. l. 13. ff. rem rat. hab. l. 8. d. Evid. l. 193. d. V. S.*

THESES. III. Sumitur autem in hâc Rubr: vox ista non verbaliter, quod sit novo constructionis genere in *l. 21. §. 1. ff. qv. dies. leg. ced.* nec disjunctim, quemadmodum idem verbum eleganter disseparrat *Modestin. in l. 6. ff. de publ. & vect.* Sed ponitur potius substantivè, pro eo quod cujusq; interest. *Clem. 1. c. 1. de rescr. c. 1. de sent. ex. comm. in 6. 2. F. 26. cap si facta* Et ita in vulg. edit. etiam sumitur in *l. 81. pr. de leg. 2. & l. 35. §. ult. de C. E.* quos tamen textus depravatos dicit *Dact. Baert. de eo qv. interest in prolog. n. 4. & 5.* Interim nec in jure civili novum, nec apud probatos autores inusitatum est, uti verbo infinitivo pro nominativo, quod notant *Dd. ad l. 9. C. de vi publ. & observat Quintil. lib. IX. c. 3. Coras. 1. miscell. 20. & ex his Gothofr. ad d. l. 82. de leg. 2. lit. g.*

THESES. IV. Est verò interesse aliud affectionis, quod ad pecuniam non respicit. *Pat. in Isag. C. de sent. quæ pro eo, qv. int. n. 7.* Sicq; nostra interest hominem beneficio affici *l. 7. ff. de serv. exp. legere libros,* ut doctiores evadamus *l. pen. ff. ad exh: animum liberorum,* non corrumpi. *l. 14. §. 1. ff. de serv. corr.* aliud verò pecuniariū, quod passim in jure consideratur, & hoc accipitur 1. latè *l. large,* ut complectatur omnem rem, de qua agitur sive principalem *l. 21. 25. C. de evict. s. accessoriam l. 8. ff. de evict.* dummodo ad nostram utilitatem pertinet. *l. 4. §. 1. ff. fin. reg. l. 14. §. fin. ff. de furt. atq; adeo ipsius rei principalis æstimationem etiam includit. l. 5. §. 1. de prescr. verb. l. 9. de religios. l. 18. §. 1. ff. de dol. II. Strictè & propriè in nostrâ materiâ, ut tantum significet utilitatem accessoriam à re ipsa principali, vel ejus æstimatione distinctam, *l. 33. ff. locat. l. 70. de evict. l. 50. pr. ff. de furt. l. 1. §. 20. de tut. & rat. distr. Baert. d. l. n. 9. & seqq.* omnis si quidem utilis hic in æstimationem venit, quæ circa rem ipsam consistit *l. un. C. h. t. Hill. ad Donell. l. 26. c. 13.**

THESES. V. Tradita sic nominis, subjicienda nunc est rei ipsius definitio, quâ interesse, in actu signato, non exercito ponimus, cum aliàs

lias sic facti, & definiri nequeat l. 24. ff. de R. J. junct. l. 32. pr. ff. de
usur. Est autem utilitas, quæ adversarii culpâ nobis abest eo
quod damnum passi sumus, aut lucrum non fecimus. Def
Pac. in Isagog. C. de sent. quæ pro eo quod int. n. 2. vel est pe-
cunia accedens rei principali pro reparatione damni ob-
venientis & lucri cessantis l. 13. pr. ff. rem. rat. hab. l. un. C.
de sent. quæ pro eo quod int. l. 2. §. ult. ff. de eo quod certi loc. l. 9. ff. de relig. &
sumt. funer. cujus quidem definitionis explicationem vide infra.

THESES. VI. Sequitur jam Divisio, quâ interesse I. dividitur
ab objecto in publicum, & privatum. l. 9. §. 5. ff. de Public. Illud,
est salutare medium, quod vel ad commodum totius status, seu reipb.
utilitatem spectat l. 15. 16. ff. de V. S. §. 4. Inst. de J. & J. 2. Feud. 55. pr.
idquæ rursus aut immediate, quod directo & principaliter, aut medi-
ate, quod secundo & per consequentiam ad istum finem tendit l. 4.
ff. ex quibus. caus. maj. Hoc contra est, quod ad proprium singu-
lorum, vel ad quorundam commodum in particulari pertinet
l. 1. pr. ff. de R. D. Auth. res quæ C. comm. de leg. de quo potissimum
nobis hic erit sermo.

THESES. VII. Dividitur II. in illud, quod est damni emergentis
& quod est lucri cessantis l. un. C. de sent. quæ pro eo quod int. l. 13. pr. ff. rem.
rat. hab. Interesse damni emergentis est utilitas, quæ actori per diminutionem
patrimonii abest. v. g. si animal occisum, aut subreptum est,
quod actor præstandum promisit, idquæ, ex suo jam patrimonio præstare
cogitur. l. 22 pr. ff. ad L. Aq. l. 67. §. 1. de furt. Item si de fundo dejectus,
fruges non potuerit colligere, sed alibi carius emere coactus fuerit l. 1.
§. 41. ff. de vi & vi arm. jung. §. 10. J. ad L. Aq. Interesse verò lucri ces-
santis est utilitas, quam consequi actor potuit solius rei, de quâ agitur
interventu, si e. g. hodie res sit pluris, quam erat eo tempore, quo nobis
præstari debebat. l. 21. §. 3. ff. de A. E. vel si servo occiso relicta sit heredi-
tas quæ jam acquiri nequit l. 23. pr. ff. ad L. Aq. l. 6. ff. de vi & vi arm.
junge §. 1. in fin. Inst. de obl. quæ. quas. ex delict. Meier. in C.
J. A. d. R. Jud. 17. 15.

THESES. VIII. Dividitur III. in propinquum, & remotum;
Propinquum est vel damnum re verâ idcirco inductum, quia pe-
cuni-

etiam, si rem nostram non debito tempore & loco recepimus, vel est
lucrum, quod ex re citius præstita fuerat indubitatum, & in potentia cer-
ta ac propinqua. Remotum contra, quod erat fortuitum, spera-
tum, apparens ac proinde in potentia incerta vel remota. *Gail. l. 2. obs. 6.*
n. 6. Mol. tr. de usur. n. 29. Nec obstat *l. 2. §. pen & ult. ff. de eo quod cert.*
loco, ubi in æstimationem interesse venit etiam illud, quod potuit stipu-
lator negotiari ex pecunia trajectitia, ibi enim quia certa loci cir-
cumstantia stipulationi fuit addita, videtur promissor tacite in se recepisse
se præstationem omnis utilitatis, quæ ex ista loci circumstan-
tia contingere, potuit. *Perez in præc. ad d. l. un. C. n. 18. Coll. Jur. Arg.*
de re jud. th. 16.

THES. IX. Dividitur IV. à *Dd. in commune, conventum, & sin-*
gulare Commune est secundum *gl. in d. l. un. commune rei pretium, vel*
æstimatio damni emergentis aut lucri cessantis ab omnibus rei noti-
tiam habentibus secundum communem functionem, propter factum,
injustum vel cessationem injustam faciendam, l. 1. ff. de his qui de jec. l. 2. C. de act. empte.
Diciturq; commune, quando res tanti æstimatur, quanti valet apud quem li-
bet, & quanti potest cui libet vendi, l. 33. ff. ad L. Aq. l. 63. pr. ff. ad L. Falcid.
nulla adhibita singulari affectionis consideratione Tholos. Synt. Jur. l. 21.
c. 10. n. 6 In hac tamen æstimatione, utrum sit habenda ratio parvi vel
modici temporis, quo res cariori pretio vendebatur, & an inspiciendus
locus venditionis factæ an verò solutionis faciendæ, dubitant *Dd. sed ac-*
bundè id explicat Trentacinq. præc. res. v. 1. res. 1. de interesse n. 44. &
seqq. Conventum est pecunia conventionem partium promissa in-
defectum conventionis non completæ *Rebuff. in repert. jur. ad d. l. un.*
ad certum præstandum si ea, quæ danda sunt, vel faciendæ, non dentur
fiantve Tholos. d. l. n. 9. Quæ conventio ob difficilem probationem
quanti nostra verè interessit loco interesse uti utilis, & creditoribus tuta
recepta est *l. 8. §. 2. ff. rat. rem. hab. l. ult. de prætor. stip. §. fin. 7. de V.*
O. l. 137. §. 7. ff. eod. Singulare est æstimatio utilitatis singularis
propter factum injustum, vel cessationem injustam proveniens, quæ
perentis magis interesse potest quam alterius *l. 54. ff. de leg. 2. l. 66. de*
leg. 1. l. 35. ff. de min. Rebuff. in d. l. un. æstimatur autem hoc interesse
præstito prius juramento in litem, & adhibito iudicis arbitrio l. 3. §. 2.

ff. ad

ff. ad exhib. l. 4. §. 3. l. 5. ff. de in lit. Jur. Tholos. d. l. Sicard in Rubr. C. de A. E. n. 21. Eamq; divisionem sustinent azo, Speculator, Alexand: Fulgo sius, Bart. Bald: Zas. Cagnol. Alciat. & alii.

THESES. X. Veruntamen unicum tantummodo interesse ob unicum rei pretium, s. æstimationem eamq; licet secundum magis & minus varietur, non tamen id circò species facere diversas magni nominis JOCI statuunt. Et sic I. interesse nullum volunt commune, quia quilibet petit non quod aliis, sed quod sibi met ipsi abest: neq; ob æstimationem communem erit tale, cum distent hæc à se invicem, & alias omne interesse esset commune, quia omnes res communiter æstimantur *l. 63. ff. ad L. Falcid: l. 33. ff. ad L. Aq.* II. interesse conventum juri nostro esse incognitum, existimant; aut enim erit verum rei pretium, & ita differt ab interesse, *l. 60. l. 70. ff. de evict.* aut dicetur pœna, & sic itidem ab eo est diversum, cum debeat hęc tantum idcircò quia est promissa, etiamsi nostra nihil intersit *l. 38. §. 17. de V. O.* Nec III. Interesse singulare admittunt, siquidem hoc non ex affectione alicujus singulari, sed ex rei familiaris, aut cujusq; patrimonii, in quo consistit, detrimentis æstimandum. Neq; igitur æstimatio utilitatis amissæ propter affectionem conjunctam, ob quam nemo fit locupletior, ad augenda, sed potius ipsa res, quanti omnibus valet, inspicienda, ejusq; tantum ratio habenda, quantum reverà damnum est inductum. *l. un. C. de sent. quæ pro eo quod int. l. fin. §. 2. ff. de op. serv. Dn. Tabor in annot. ad Coll. Ar. tit. de re judic. rh. 13. Donell. ibiq; Hilliger 26. comm. c. 15. Baert. tr. de eo, quod interest n. 24. 25. & seqq; ibiq; alleg. Dd.*

THESES. XI. Causa Efficiens est vel proxima, vel propinqua, vel remota. Hęc, quàm prius enucleabimus, est Jus quod suum cuiq; retribuendo §. 3. *Inst. de J. & J.* vult neminem ex delicto meliorem conditionem suam facere *l. 134. §. 1. ff. de R. J.* aut locupletari cum alterius detrimento & injuria *l. 206. cod. l. 32. ff. depos.* Sed quanti intersit rem dari, fieri, vel omitti, in condemnationis taxationem deducit. *l. 4. C. de A. E.* & sic partim, ei, quod interest, metas præfigit, partim verò ejusdem quæstionem arbitrio æquissimi judicis decidendam committit. *l. un. C. de sent. quæ pro eo quod int. cujus ratio diversitatis est ipsarum rerum conditio, quæ idem utrobq; statui non patitur. Baert. tr. de eo, quod interest n. 102.*

THESES. XII.

THEſ. XII. Adeoq; non tantum Jus civile, led & Canonicum locupletiores nos fieri cum alterius jactura prohibet. *c. 48. de reg. Jur. in 6.* & è contra damna, quæ quis propter solutionis moram pertulit refarciri, *c. pervenit 2. X. de fidej.* atq; sic congruam eorum satisfactionem cum justis, & moderatis expensis fieri jubet *c. 17. dilecti X. de foro compet.* ac ideo in has, & omne interesse condemnat. *c. 1. de sent. excomm. un. in 6.*

THEſ. XIII. Nec III. Jus Feudale Interesse excludit Nam si facta investitura, & subsecuta fidelitate differat Dominus mittere Vasallum in possessionem vacuum, tenetur ei præstare omnem utilitatem *2. Feud. 7 §. 1; ibiq; in not. Gotofr. lit. g. nisi forsan poenitentia ducatur, tum enim tradere præcisè ipsum feudum compellitur. 2. Feud. 26. cap. si facta.* Quod si vero idem sit evictum, restituat auctor, s. Dominus Vasallo cambium petenti vel feudum ejusdem æstimationis, quod erat tempore rei judicatæ, vel etiam numeret nummos in illud datos. *2. Feud. 25.* quamvis secus sit, si ipse Vasallus alienaverit feudum, tunc enim hic solus, post restitutionem condemnatur Emptori ignoranti ad interesse, *2. Feud. 26. cap. si vasallus.*

THEſ. XIV. Pragmaticæ quoq; Imperii sanctiones, quæ ad evitandos processus longiores vel interesse in contractibus mutui à tempore moræ præstandum, vel etiam si ex lucro cessante & damno emergente plus deberi videtur, totum illud liquidandum, probandum, atq; sic judicis arbitrio committendum esse censent. *Recess. & Decret. Deput. Spire de anno 1600. §. 152. So viel nun. item Rec. Imp. de anno 1654. S. Auretend die künfftige Zinse/ und interesse 174.* Et hoc ipsum, sive per imprudenciam, sive per culpam neglexerint, parti læsa solvunt Notarii. *Ord. Notar. Wormat. de anno 1777. tit. 4. §. 2. und in einer Stimmen.* ut & Procuratores, qui non in primo statim termino instrumenta appellationis proposuerunt. *d. Recept. de anno 1600. §. 106. Wann die instrumenta appellationis.*

THEſ. XV. Causa Efficiens propinqua, ex quâ tanquam ex causâ debendi interesse petitur, est factum ad producendam obligationem, & actionem validum. Facti verbum autem hic generaliter sumitur, & simul factum & rem, de qua alias tō dare prædicatur. *pr. inst. q. in. re contr. obl. §. 14. 15. J. de act. & facto opponitur, §. ult. J. de IV. O. denotat l. 72. de V. O.* Hoc autem in significato omnem civilem actionem

actionem comprehendit, quatenus ex unaquaque alteri interesse aliquod
 acquiritur, arg. l. 155. de R. J. & eatenus notante Dn. Tabore in Elem. jur
 p. 3. f. 3. th. 30. & p. 4. f. 1. th. 2. vel est licitum, vel illicitum. Licitum ite-
 rum tribus positionibus explicatur, sc. eo, quod agitur, contrahitur, aut
 geritur; quæ inter licet interdum promiscuus sit usus l. 2. §. 1. de cur.
 bon. dand. notabilem tamen differentiam ponit Ulpianus in l. 19. ff. de
 V. S. adeoque quicquid licitè inter Cives commercii causa fit, cum ge-
 nera hæc quædam subalterna videantur, ad alterum illorum haut diffi-
 culter referri potest; nam gesti verbo regulariter veniunt quasi contractus
 qui dicuntur habere causam h. e. negotium civile & autoritatem publicam
 sine conventionione. l. 1. §. 3. ff. de pact. pr. J. de obl. quæ qu. Verbum actus autè
 quodcumque negotium civile ambitu suo complectitur, ita ut & illa de-
 signet, quæ alioquin nec geri, nec contrahi dicuntur; hinc jure civ. in-
 ter actus legitimos qui à lege civili determinationem habent, & inter
 actus civiles per se consideratos elegantissima occurrit differentia in
 l. 77. de R. J. ubi Dd. Vox Contractus verò, quatenus à generalitate sua, qua
 alias etiam quasi contractus comprehendit, l. 1. §. 6. de const. pec. l. 49. de
 O. & A. l. 16. de neg. gest. recedit, est conventio expressa habens causam. l. 7.
 §. 2. & 4. ff. de pact. l. 15. ff. de P. V Et ita non tantum Contractus, qui
 sunt *διὰ λόγου*, sed etiam qui sunt *μὴ διὰ λόγου*, propter communem
 differentiam specificam, quæ in d. l. 7. junctà d. l. 15. ponitur, includit. l. 19.
 de V. S. sive itaque aliquid sit actum, sive gestum, seu contractum, si
 non detur, fiat, aut præstetur, quod dari, fieri aut præstari, secundum
 pacta conventa, debet, ad interesse propter damnum emergens &
 lucrum cessans, efficax oritur obligatio, hinc in d. l. un. C. h. t. dicitur,
 quod in omnibus casibus, id quod interest, locum habere possit.

THES. XVI. Et ita non tantum ad factum licitum ac civile, sed
 & ad factum illicitum, quod alias incivile dicitur, ac generali culpæ
 vocabulo venit, porrigitur. Quicquid enim à justo & æquo recedit,
 admissum contra LL. dicitur, & culpam hominis designat. Est enim
 culpa, latissime accepta, admissum hominis, quo quid fit, quod fieri non
 debuit, vel non fit, quod fieri debuit. Sand. ad l. 23. de R. J. hinc vitium
 vocatur in l. 5. C. de pign. act. & non tantum latam, levem, ac levissi-
 mam culpam, quæ ceterum in administrandis rebus alienis suo modo
 requiritur l. 5. §. 2. Commod. d. l. 23. sed & ipsum dolum, qui bonæ fidei
 opponitur l. 5. C. de resc. vend. & malitiosa culpa alterius decipiendi

causa adhibita dicitur l. 1. §. 2. de dol. mal. comprehendit. Et eatenus sive delictum verum sit, quod absque dolo non committitur, pr: *Inst. de obl. que ex del. nasc. l. 4. de O. & A.* sive quasi delictum, cui culpa causam præbuit arg. l. 5. §. 4. & seqq. de O. & A. delinquens ad interesse, nisi gravitas delicti poenam corporis inflictivam requirat, teneri potest. Proceditque idem, etiam si factum adversarii in omittendo consistat, si v. g. ex mora quis nondum nobis restituerit rem nostram, aut nobis debitam l. 2. §. ff. de in lit. jur. l. 3. §. 3. ff. de A. E. ex hac enim, sive illa sit ex re, & ex solo tempore tardæ præstationis, sine hominis interpellatione, ipso jure committatur, sive ex persona, si interpellatus opportuno loco & tempore non solverit, aut præsterit, quod debebat. *Dn. Schnobel. Diss. π. 13. th. 4. §. 5.* damnatur non solum principalis æstimatione ejus, quod interest stipulantis l. 11. ff. de re jud: sed etiam fidejussor, si sc. in omnem causam intercessit nulla certa taxatione fidejussioni apposita. *C. J. A. de re jud: th. 20.* ut & Magistratus, si cautionem, exactionem, aut missionem in possessionem non curaverit l. 4. §. 7. ff. de damn: inf. ibique *Godofr. lit. E.*

THESES XVII. Causa Efficiens proxima, seu Subjectum, est omnis persona, quæ ad interesse solutionem nobis obstringitur, vel proprio nomine, vel alieno. Proprio nomine tenentur omnes, qui possunt obligari puta puberes, & mentis compotes, etiam Patresfamilias l. 43. ff. de O. & A. quam filii familias l. 39. ff. eod. Alieno verò nomine idem præstant Tutores & Curatores l. 28. §. 1. ff. de pact. quorum quidem omnium obligatio, cum naturalis eam sustineat æquitas, & juris firmiter autoritas, plenam præstandi habet necessitatem, & ad actionem firmiter producendam est efficax *Dn. Schnob. D. π. 22. th. 16.* unde excluduntur impuberes, pupilli, & minores, quorum consensus adhuc est infirmus, & multis captionibus obnoxius. l. 1. ff. de min. item prodigi, ac furiosi quorum nulla est voluntas l. 40. de R. J. quique non intelligunt, quod agunt §. 8. *Inst. de inut. stip.* Et hi quidem omnes sine Tutore, & Curatore ne naturaliter quidem obligari queunt, nisi in iis, in quibus re ipsa citra voluntatem nascitur obligatio, l. 46. ff. de O. & A. & quatenus facti sunt locupletiores. l. 13. §. 4. ff. de cond. ind. *Wesemb: in parat. de obl. & A. n. 7.*

THESES XVIII. Objectum interesse est omne negotium civile, quocunque etiam nomine illud veniat; versaturque idem circa omnes omnino contractus, sive isti fuerint nominati, sive innominati: sive veri
vel

vel quasi, debeturque sicut ex contractu reali, ut ex mutuo, quod
 quidem licet sit natura sua gratuitum l. 121. ff. de V. S. l. 17. pr. de pact.
 admittit tamen usuras nominatim in stipulationem deductas l. 3. C. de
 usur. l. 24. ff. de pos. ut & interesse, si vel ab initio statim indemnem se ser-
 vari pactus fuit creditor Gait: de cred. c. 2. t. 7. qv. i. n. 1674 & ib: qv: 2. n.
 1679. & seqq. vel etiam debitor est in mora restituendi pecuniam mutuam,
 Multum Proc: Camer: T. 34 n. 102. ex commodato l. 3 § 1. ff. commod. Depo-
 sito l. 3 ff. de in lit. jur. Pignore l. 5. C. de pign. act: 11. ex contractu ver-
 bali, seu stipulatione l. 68. ff. de V. O. l. 81. 114. eod: 111. ex litera-
 rum obligatione, ubi is, qui scripturam negavit, & postea est con-
 victus erroris, damnatur in duplū, & ad interesse, nisi juramento de-
 lato agnoverit tuam manum Nov: 18. c. 8. Schot: exam: juritit. de pec. num:
 IV. ex contractu consensuali, ut ex emptione l. 1. ff. de act. em: l. 60.
 70. d. Evid. Locatione l. 8. l. 30. pr. l. 33. in fin. ff. loc: Societate l. 60. pr. ff. pro:
 Socio: mandato l. 8. §. 6. ff. mand: l. 16. C. eod. V. ex quasi contracti-
 bus, ut ex negotiorum gestione l. 47. l. 2. ff. de neg. gesti. tutela l. 1. pr.
 de Contr: tur: & ut: act: l. 3. §. 4. eod: rei communione l. 3. pr: ff. commi:
 div: familiæ herciscundæ judicio l. 25. §. 17. ff. fam: herc: aditione here-
 ditatis l. 20. §. 1. ff. de her: pet. ex solutione indebiti, cujus repetitio ob er-
 rorem juris non denegatur ei, qui solvens certat de damno vitando.
 l. 7. 8. ff. de jur: & fact: ign: inhibetur verò quoties ob eundem certat de
 captando lucro. l. 9. §. 5. eod: l. 9. C. ad L. Falc: VI. ex contractibus in-
 nominatis l. 5. §. 1. 2. §. ff. de præscr: verb: ibique Godofr. lit: y. l. 7. ff. eod:
 in quibus omnibus non ad solam tantum rei æstimationem, sed ad id
 etiam agitur, quanti nostra interest, eam non in tempore fuisse traditam.

THES. XIX. Neque tamen circa solos contractus verlatur id
 quod interest, sed etiam circa ipsa delicta, & interdicta. In his enim quæ
 hodie vocantur inhibitiones, seu mandata, quæquæ sunt vel cum clau-
 sula sc. justificatoria, vel sine clausula ord. Cam: p. 2. t. 23. non fructuum
 solum habetur ratio, sed cæterarum etiam utilitatum, referturq; con-
 demnationis summa ad talem rei æstimationem, qua consequi etiam
 actor potest, quanti sua interfit. l. 1. §. 41. l. 6. ff. de vi & vi arm: l. 3. §. ult:
 ff. ut pos. l. 1. §. 5. ne vis fiat. l. 2. §. 2. ff. quod leg. l. 3. §. 3. de it: actus priv.
 In illis verò ne lex videatur fovere delinquentium malitiam, attenditur
 idem illud quàm maxime, sicque æstimatio, in hisce in triplum etiam vel

quadruplum: *L. 45. §. 1. de A. E. l. 67. §. 1. de furt. Dn. Tabor: cos. academ. de
præs: deb. inf. p. 3. art. 13. tb: 13. Ummius Diss: 21. de Proc: th. II. n. 62, 64.*
adeo ut veniat non solum in actione ex *l. cap: L. Aquilia ipsa res &
corpus, quod corruptum, aut peremptum est, sed omne insuper illud,
quod interesse actoris potuit, non corruptum, aut peremptum fuisse.*
*§. 10. Inst: de L. Aq. l. 21 cum 2. ll. seqq: ff. eod: comprehendanturq; sub
hac ipsa actione cicatrices & deformitates Mulieris vel puellæ nondum
nuptæ, quia dicitur hæc dotem in fronte gerere teste Berl. p. 5. concl.
70. n. 30.*

THES. XX. Sed cum id quod interest, dividerimus supra ab
objecto in publicum & privatum, dissertatio etiam hæc nostra de rō
interesse in genere sit concepta, non incongruum jam erit, si secundum
methodum adhibitam incidenter hoc loco de eo, quod interest publi
cæ, paucis agamus. Interesse igitur publicum, vel in genere considera
tur, vel in specie. Illud denotat omne bonum publicum, variatque
pro variis Rerump. generibus quæ non uno eodemq; modo subsistunt,
uti enim vel est summum imperium penes unum, vel paucos, vel omnes,
sic qui imperant, sive unus sit, sive plures, omnes, quidem ad publicam
utilitatem tenentur, sed diverso admodum modo, prout ratio status
ex potest, adeoque diversissima sunt media, quibus se, suumque statum
conservant. *Septal. d. rat. stat. L. 1. c. 9.*

THES. XXI. In specie vero, & quidem ratione nostris Imperii Romano
Germanici de cuius origine & translatione videatur *Lehmann. in Chron.
Spir. L. 2. D. Conring de fin. imp. Dan. Otto de jur. P. c. 5. ibiq; Limn. Reink. l. 1. cl.
2. c. 3. & alii* Interesse potissimum oculo consideratur modis: I. In toto im
perio, quod est gloria DEI & subditorum salus. *Rec. Imp. de ann. 1495. sub
Tit. Reformation die freyschöpfen und das heimliche Gericht in West
phale betreffend §. Ehrwürdige Clui in syll. rer. quot. concl. 17. 18.* fundaturq;
præcipue in A. Bulla, Capitulationibus Imperatoris, Transactione Pas
saviensis, Constitutionibus Pacis religioſæ & profanæ, reliquisq; novis
simis imperii Legibus. *Brautl. Epit. Jurisp. publ. lib. 1. c. 1. §. 18. Limn. lib.
1. c. 11. n. 3.* attenditur autem præcipue in universalibus imperii comitiis,
ubi Imperator, & reliqui Status universi, pro varia rerum emergentium
copia, de firmanda pace publica, de cursu summi tribunalis imperii, de
collectis, de moderatione indictarum pensionum, ineundis foederibus,
& monetaria, deq; redintegrandis Rom. Imperii viribus, & avulsis ab
eo mem.

eo membris recuperandis gravissimas & ad publicam Imperii utilita-
tem quam maximè pertinentes, institunt deliberationes. *Schonb. lib. 4. Pol. c. 33.* Sed consilia publica juxta ac querelæ pari passu procedunt.

THESES. XXII. (2) In Imperatore Romano, in exercendis Majesta-
tis juribus, illa præprimis emicant quæ solus ipse per se, & libera sua
voluntate absq; ullo Ordinum & Electorum consensu expedit, quæq;
reservata, male vero ab *Hippol. à Lap. p. 1. c. 16.* relicta Imperatoris vocit-
tantur: Suntq; præcipuè collatio dignitatum, Investitura Principum
ac Statuum Imperii *A. B. Tit. 5. § 1.* Cognitio, & sententiæ dicendæ po-
testas in *Sachen Fürstenthumb / Herzogthumb / Graffschafften & c.*
ord. Cam. p. 2. t. 7. jus primariarum precum, quarum virtute potestatem
habet ad beneficium Ecclesiasticum promovendi quendam personam,
quæ omnia copiosè pariter & doctè docet *Limn. lib. 2, c. 9. Cluten
in Syll. rer. quot. concl. 19, 20, 21, 22. Michaelis de S. S. Cæsar. Maj. Camera
ac Stat. jurid. concl. 9. & seqq.*

THESES. XXIII. (3) In Electoribus; qui sunt propinqviora sacri
Imperii membra *A. B. t. 2. §. 4.* & Proceres sacrum ædificium solerti
circumspectæ Prudentiæ pietate sustentantes. *A. B. t. 2.* quorumq; nu-
merus hodie est octonarius *Instr. Pac. Cæsareo-Svec. art. 4. §. 5.* Et hi non
annuatim, aut statis temporibus quod vult *A. B. t. 12.* Sed ex ulu publi-
co, quoties opus est, ac utilitas & necessitas requirit, conveniunt, ac
tam de suis, quam Imperii juribus deliberant, deq; his, quæ ad gene-
ralia Comiticia pertinent, non nisi præliminariter & citrà decisionem
agunt. *Limn. annot. ad art. V. Capit. Caroli V. verbis, nach vermdg der
gülden Bull. item: zu ihrer / und des H. Reichs nothdurfft. tantaq; est
horum potestas, ut nec à sententiis eorum detur provocatio A. B. tit. 12.
ibiq; DD. Ord. Cam. part. 2. tit. 28. §. 2. Limn. lib. 3. c. 2. n. 68. & seqq.*

THESES. XXIV. (4) In deputatis Imperii, quorum numerus ex utri-
usq; religionis Proceribus hodie est definitus *Instr. Pac. Cæsareo-Svec. art.
5. §. 50.* quiq; ex omnibus Ordinibus per Moguntinum Cæsaris. nomi-
ne convocati observant hoc in expediendis causis, quæ in Comiticiis mo-
le negotiorum oppletis indecità manserunt, ut & in sedandis, quibus
se unius atqve alterius Circuli Duces impares arbitrantur, Imperii tur-
bis. *Schonb. lib. 4. Pol. c. 33. Lampad. Resp. Rom-Germ. c. 8. §. 18. Dani-
el Otto de jure publ. c. 13.* Obtinentq; illorum sententiæ eundem cum com-
munibus

manibus totius Imperii decretis valorem. *Rec. imp. de Anno 1594. §. 97.*
was und so viel aber ibi: und an stat allgemeiner Stände des Reichs
beschließlich zu erörtern. Nec minus (s) in visitatione Camerae imperialis
magna Statuum ratio habetur de quâ vide *Limn. ad Jus publ. Dan. Ott. c.*
13. p. 501. Ord. Cam. p. 1. 2. 50. dies autem cretorius hujus deputationis,
quæ diu, non sine magno multorum incommodo, cessavit, dictus erat
primus dies Maji hujus anni, sed propter præsentem Imperii diætam,
prorogata & hæc diffisionem admisit.

THESES. XXV. (6) In Circulis imperii, quorum olim fuere lex
Rec. Imp. von Ordnung des Regiments de Anno 1500 sub tit. wie sechs
Räthe aus den sechs Kräissen hodie decem R. Imp. de Anno 1512. s. II.
darauß haben wir quos confirmavit Imperat. Carol. V. in *R. J. de Anno*
1522. quodq; in hoc consistit, ut vel ordinarie, vel flagitante necessita-
te, vel universi circuli status, vel quibus directoriū commissum est, sæ-
pius conveniant, deq; tributis, moneta, præsentatione Assessorum Cam-
æ executionibus LL. contra contumaces faciendis deliberent. *Erklä-*
rung des Landfriedes zu Nürnberg 1522 auffgericht pr. & tit. I. Reink.
de reg. sec. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 2. n. 6. Dan. Otho de jur. publ. c. 13. hæc au-
tem circulorum dignitas, quatenus statuum interesse auget, multum
monarchicæ authoritati detrahit.

THESES. XXVI. (7) In dignitate territoriali Statibus Imperii com-
petente Germ: die Landfürstliche Obrigkeit/quam ideo superioritatem
territorialem, oberherrligkeit/ des landes hohe Obrigkeit/ etc. appellare
conveverunt, quæ est potestas s. jus summi post imperatorem imperii
eiq; connexorum Regalium in omnes territorii subditos supremi ex
concessione principis quæsitum, aut usu longo obtentum. *Limn. lib.*
4. c. 8. n. 182. adeo ut si non paritate & potestatis plenitudine, juris ta-
men similitudine tantum possint in suo territorio, quantum Impera-
tor in imperio, *Reink. de Reg. sec. & Eccl. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 169. VVurms. Exorc.*
3. Qv. 21. quo sensu etiam Maximilianus I. Regem se esse Regum, Hi-
spanum hominum, Gallum asinorum, & Britannum Diabolorum dice-
re est solitus. *Limn. l. 4. c. 18. n. 31.* Imo habent hi imperii status tantâ pote-
statem, ut lædera etiam inter se ferire possint pacis & securitatis causâ.
A. B. t. 15. R. Absch 1529 § und als im abschiedt. Reink. de reg. sec. & Ec.
cl. 1. 2. cl. 3. c. 3. n. 27. & seqq. modo non cedant in imperii detrimentum,
aut præ-

aut præjudicium, & exceptus insuper in iis fuerit Imperator & imperium. Dietrichs ad A.B. tit. 15. verbis formasse nascuntur. Instr. Pat. Cæs. Sec. art. 8. §. 2. Junge Buxt. ad A. B. d. 1. 15. ibidemq. Rumel. & Arum.

THESES, XXVII. (8) In mixtis membris, quæ quidem respectu quorundam bonorum aliis Statibus subsunt, per se vero, & personarum suarum ratione immediata existunt, atque sic, certo respectu Domini, aliò autem Landsknecht censeri possunt. N. Abscheid de Anno 1548, §. 71. auch der Graffen von Tübingen halber, s. in civitatibus mixtis, quæ quidem, certis casibus conditionibusque Principes, in quorum sita sunt territoria, recognoscunt. Rec. Imp. de Anno 1548, §. 47. und als crstlich & 48. solchen zu begegnen/ in reliquis vero respectu Privilegiorum à Cæsaribus & imperio obrentorum, regalium iidem, & meri Imperii, quæque his coherentur iuribus, suam tuentur immunitatem, publicamque utilitatem respiciunt. Reink. de Reg. sec. & Eccl. lib. 1. cl. 4. c. 20. n. 5. Wurmss. Ex. 1. Qv. 18.

THESES, XXVIII. Materiam ex qua constituuntur damnum, & lucrum, Damnum à demendo vel ademptione dictum l. 3. ff. de damn. inf. est quævis domini vel rei alienæ detractio, aut deminutio, quæ contingit, vel cum, vel sine lucro, damnum dantis. Dn. Schnob. Disp. 7. π. th. 1. Estque triplex: I. Deteriorationis, quando res imminuitur. II. Amissionis, quando ea est evicta, vel ita sublata, ut tamen adhuc sit in rerum natura, III. Interitus, quando ea tota, vel pars illius perit. Franzk. comm. Inst. de Empt. & vend. §. 3. n. 6. Lucrum, secundum Varronem, à luendo derivatum, est compendium, quod quæri potuit, neque est acquisitum. Godofr. ad l. 13. ff. rem rat. hab. lit. c. ut igitur non damnum, nisi omni lucro deducto, sic vice versa nec lucrum intelligitur nisi omni damno deducto. l. 30. ff. p. soc. Ubi tamen multum refert, utrum damnum quis faciat, an vero lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur l. 26. ff. de damn. inf.

THESES, XXIX. Forma, ejus quod interest, est vel essentialis, vel accidentalis. Essentialis est acceptio damni, & cessatio lucri, l. un. C. de sent. quæ pro eo quod inter profer. quorum relatione recte describitur Interesse, tanquam in quo peculiaris consideratio plurimum habet momenti Gail. l. 2. obs. 6. n. 1. & utrumque proprie tali appellatione venit. l. 13. ff. rem rat. hab. d. l. unic. in fin. unde non contrarium, & solius,

& solius damni habendam rationem evincunt l. 2. §. 4. ff. de Leg. Rhod. l. 70. §. 1. de furt. & l. 21. §. 3. ff. de A. E. in prima enim nulla fit lucri præstatio, quia, quod est æquissimum, solum detrimentum pro portione communicatur cum illis, qui, propter amissas res, aliorum consecuti sunt, ut merces suas haberent salvas; in secunda verò lucrum excipitur injustum, & ostenditur tantum, cujus interfit in actione furti: in tertia tandem removeretur lucrum, non quasi damnum unice attendendum esset, sed quia id non circa rem consistit, id est ipsi rei ita non coheret, ut id damnum, vel lucri cessatio necessario & inevitabiliter acciderit ex eo, quod emptor hanc rem non habuerit, Perez in prælect. ad d. l. un. C. n. 16. Vmm. Disp. 21. de Proc. th. 12. n. 68. Baert. tr. de eo, quod inter n. 115. & seqq.

T H E S. XXX. Accidentaliter est taxatio illa, quam Imperator ponit suâ sanctione in l. un. C. de sent. quæ pro eo quod inter 2. ubi, respectu objecti circa quod, distinguit inter casus certos, & incertos, & per illos, in quibus interesse quod, duplum excedere nequit, actus intelligit, ex quibus res vel factum in obligationem deductum certam æstimationem recipit, quid, quale, quantumque sit, id de quo agitur. l. 74. junct. l. seq. ff. de V. O. l. 6. ff. de R. C. quique vel ab initio statim sunt tales, vel ex post facto, seu intervallo, quando quid ab initio generaliter est in obligatione, quod tamen postea per electionem, aut designationem determinatur. Dn. Tabor. Cons. Acad. de præsid. deb. infel. p. 3. art. 13. de term. ejus quod interest th. 9. Per hos verò, qui arbitrio judicis committuntur, denotat eos, qui nec quantitatem, nec naturam habent certam, & quorum dubia est conditio, nec satis definita æstimatio: cujus ordinis est obligatio faciendi, in quâ, promissore cessante facere non aliud inspicitur, quam quod interest: creditoris non esse factum, prout hæc operose deducunt Perez; in prælect. ad d. l. un. C. n. §. 12. Forcat. Neoyomant: dial. 42. 43. Coll. jur. Arg. de re jud. th. 17. 18. Vmm. Disp. ad Proc. jud. 21. th. n. 63. 65. Pat. in Anal. Cod. ad d. l. un. §. 3. & seqq. & sic recte per juris regulam dicitur: quod interesse potius in facto, quam in jure consistat.

T H E S. XXXI. Delineatâ itaque sic breviter causam tam internam quam externam, pervenimus nunc ad effectum quem facimus triplicem: Primus est à parte actoris jus in re, ex quo stipulatori, seu ei, cui aliquid abest, permittitur ad resarciendum illud agere adversus istum, cujus

mora

mora vel factio damnum fuit datum, aut lucrum interceptum. *Coll. jur.*
Arg. de re judic. l. b. 19. petitque sic is, quod interest sui, aut actione in
 personam, quæ agit cum eo, qui obligatus ipsi est vel ex contractu,
l. 14. C. de resc. vend. l. 1. pr. ff. de A. E. vel ex maleficio, l. 67. §. 1. ff. de
furt. l. 1. & ult. ff. de bus, qui effud. vel ex variis causarum figuris l. 1. pr.
ff. de O. & A. junct. l. 5. 2. eod. aut actione in rem, quæ experitur contra
 possessorem, sius ipsi rem controversam cum omni causa nondum resti-
 tuerit. *l. 68. ff. de R. V.* aut aliis actionibus pluribus, quas quoad hanc
 materiam nervose enumerat. *C. J. A. de R. jud. l. b. 21.* habet tamen, qui
 in prima instantia fuit condemnatus, & gravæus, liberam appellandi
 facultatem *l. 4. §. 2. & seqq. l. 5. ff. de appell. l. 2. §. pen. & ult. ff. qd. app.*
ist. & petit insuper, quod sua interest, siquid forsitan vel ante, vel pen-
dente appellatione emerferit. arg. l. ult. ff. de re jud. l. 24. pr. ff. de ap-
pell. l. 4. 1. pr. ff. de usur. ant. Faber in Cod. Sabaud. lib. 7. t. 16. Des. 7. n. 1. 3.

THES. XXXII. Cum verò non probante actore absolvatur reus,
l. 4. C. de edend. tota vis & victoria in eo consistit, ut probet is, quan-
 tum sibi absuerit, quantumque lucrari potuerit, non per conjecturas
 probabiles, aut vanas allegaciones, quibus in infinitum sapius nostra
 interesse fingimus, sed per causas proximas, rationes certissimas, veri-
 tatisque testimonia indubitata, prout hæc exemplis ostendit, *Cujac. in*
Parat. ad d. l. un. Neque igitur sufficit, quod quis præ manibus habue-
 rit occasionem lucrandi, cum multa evenire soleant, ex quibus spes lu-
 cri redditur vana, ut docet *l. 55. ff. de A. R. D. §. 13. Inst. eod.* neque porro
 in defectum probationis, quæ aliàs est difficilis, *l. ult. de stip. præ:* defe-
 rendum est juramentum suppletorium, nisi forsitan probato interesse
 in genere super quantitate saltem ejus idem fuerit delatum. *Carpz. lib.*
3. t. 10. Resp. 100. n. 17. 18. Mascard. de Probat. concl. 933. n. 9. & 10.

THES. XXXIII. Secundus est respectu rei, seu promissoris, re-
 sistentio ejus, quod abest, quodque lucrari potuimus: Venitque sic in-
 affirmationem omnis utilitas, quæ certò, & ex eo solo, quod præstan-
 dum erat, haberi potuit. *Donell. 26. comm. c. 23.* quæque circa ipsam
 rem consistens *l. 21. §. 3. ff. de A. E.* existentia suæ causam ex re habet,
 eandemque, quamdiu non subducitur, concomitatur *Franzk. comm. ad*
tit. ff. de A. E. n. 76. adeò ut si de ea omnino constet, tribuatur etiam
 Mercatori; sive ei, qui est solitus negotiari, nec obster. *l. ult. de peric.*
& comm. rei vend. quemadmodum hoc pluribus deducit *Coras lib. 3.*
 Misc.

Misc. c. 13. n. 8. Ummius Diss. 21. de proc. th. 12. n. 68. Gail. l. 2. obs. 6. n. 3. 4. atque ita hujus ipsius utilitatis æstimatio differt à duabus illis agendi, & stipulandi formulis, quanti ea res erit, vel quanti eam rem esse, parer: utraque enim clausula non ad id omne, quod interest rem actoris, sed ad verum tantum rei pretium, quanti id communè hominum more æstimari solet, refertur. l. 193. ff. de V. S. l. 2. §. fin. l. 3. ff. q. sac. cog. l. 179. ff. de V. S. ibique Sæddæus, qui n. 4. & seqq. ad contraria responderet.

THESS. XXXIII. Tertius Eff. Etus est officium judicis, qui id non tantum ad intentatam actionem dirigit §. 28. *Inst. de R. D. §. 9. Inst. de leg.* sed etiam quandoque suapte sponte inquirat l. 13. *pr. ff. de offic. Præs. sententia* autem ejus debet esse certa, tum ratione personæ, quæ condemnatur, vel absolvitur, tum ratione rei, vel quantitatis, quæ nominatim exprimenda, §. 32. *Inst. de act. t. r. C. de sent. que sine cer. quant.* etiam si incerta fuerit petitio, veluti in id, quod interest. l. 68. *ff. de V. O. l. ult. ff. si quis in jus voc.* ubi quidem judex, ut in certam quantitatem, faciat condemnationem, l. 3. *in f. C. de inut. stip.* æstimare interesse ita debet, ut id fiat liquidum, & in casibus certis duplum ejus, quod principaliter obligatione continetur, cui & simpliciter, seu ipsa res primo debita inest l. 1. *pr. l. 43. in f. cum l. seq. ff. de A. E.* non excedat: in casibus vero incertis arbitrio quidem suo idem determinet, sed tamen sic, ut faciat taxationem, quanti in rei veritate interfit, d. l. un. *C. de sent. qua pro eo. Du. Schnob. Diss. π. 21. th. 7.* Quod ubi obscurum est, ad exigentiam magis summam condemnationem redigat. l. ult. *de Præst. stip. Pac. in e. Isag. d. l. un. C. n. 5. Faber. l. 7. Cod. Sab. t. 16. D. 2. n. 7.* teneturq; tunc, si licentiam suam fecerit l. 2. *C. de pæn. judic. qui malè jud. parer. l. 1. c. omanem jacturam pro hujusmodi causa illatam ex suis facultatibus refarcire l. 19. sub fin. C. de testib. pr. Inst. de obl. qua ex quasi del. nasc. Carpz. lib. 3. tit. 10. Resp. 100. n. 2.*

THESS. XXXV. Sed cum judicis officium, in taxatione ejus quod inter est, faciendâ, ex sola constitutione Justiniana describerimus; Non incongruè jam quaritur quid respondendum, tam ad leges varias, quàm ad exempla, quibus interesse æstimatio latius producitur, quæque longo ordine recenset Baerr. *tr. de eo, quod inter. n. 70. & seqq.* Et dicimus, quod in illis, id quod interest, excedat dupli præstationem, propter culpam litam, aut dolum, ob quem damnum contigit, quemq; venditor celando rei qualitatem improbè commisit. l. 6. §. 8. l. 13. *pr. &*

§. 2. l. 47. §. 1. in fin. ff. de A. E. cum quia ille in qualibet conventio-
ne censetur exceptus. l. 22. ff. de V. O. l. 68. §. 1. ff. de C. E. cum quia in
bonæ fidei iudiciis præsertim, tanquam quæ contraria sunt fraudi. l. 3.
§. ult. ff. pro socio accuratius vindicatur. Dn. Tabor. conf. Acad. de præf:
deb. p. 3. art. 13. de term. ejus quod int. th. 13. Perez Præl. ad l. un. C. de sent.
quæ pro eo quod int. n. 11. & 19. Franzk. comm. ad tit. ff. de Evict. n. 889.

THESES. XXXVI. Oritur hinc jam sæptera quæstio, Utrum id
quod inter est, deducendum sit in iudicium per viam actionis, an vero
per officium iudicis? ubi nos non distinguimus cum Bartolo ad d. l. un.
C. inter obligationes dandi & faciendi, cum ipsis his casibus actio sit
ordinaria, neque obligationum differentia, sed ipsius rei qualitas, &
conditio, quæ adjicienda est, istum effectum operetur, verum potius
longè diversa esse statuimus ipsum interesse, ejusdemque æstimationem,
hæc enim sit ex officio iudicis, & locum habet in d. l. un. C. illud vero
venit jure actionis, petique potest per libellum. Bachov. ad Tr. 2. D. 23.
th. 4. lit. H. quem non vitiat ejus incertitudo, cum in processu litis id
quod interest, veniat omnino liquidandum Baerr. tr. de eo, quod inter
n. 129. & seqq. taxeturque idem secundum allegata & probata ratione,
temporis, personarum, aliarumque circumstantiarum. Carpz. lib. 3. r.
10. Resp. 109. n. 10. seqq.

THESES. XXXVII. Quæ quidem occasione amplius hic disquiri-
tur: utrum iudex in ineunda tali æstimatione unum idemque certum, an
vero quodvis tempus spectare debeat, quò plurimi interfuit? Variant
hic Dd. Quidam enim referunt istam æstimationem ad tempus contra-
ctus, per l. 22. ff. de O. & A. l. ult. ff. de cond. tritic. & appositæ diei l. 59.
ff. de V. O. l. II. ff. de re judic. Quidam ad tempus mortis l. 3. ff. de condi-
tritic. l. pen. ff. de R. V. purgationis moræ l. 17. ff. de const. pec. & sic factæ
etiam interpellationis, quia hæc itidem moram inducit. l. 32. pr. ff. de
asur. Quidam ad tempus oblationis libelli. arg. l. 22. ff. de R. C. ibi: ubi
petitum esset. Contestationis litis d. l. 22. de R. C. l. 3. §. 3. ff. de A. E. & sen-
tentia, seu condemnationis, l. 8. §. 1. ff. de edend. l. 3. ff. de cond. tritic.
M. Lyclama verò in comment. ad l. 22. D. de R. C. unicum hic tantum-
modo, si de tempore solutionis nihil est dictum, & quidem litis con-
testatæ tempus, tam in bonæ fidei, quam in stricti juris iudiciis attenden-
dum, & secundum illud æstimationem faciendam esse concludit, atque
ad contraria respondet.

THES. XXXVIII. Cessat autem deniq; hæc ipsa Interesse petitio. I. si alicujus nihil interest, aut interesse desinit, ut puta, quod ei hoc nomine ab adversario, vel etiam ab alio sit satisfactum. l. 13. pr. l. 31. §. 1. ff. de re jud. l. 112. §. 1. d. V. O. II. Si petitoris non interest ex causa honesta, tum enim illius nec Interesse, quicquam videtur. l. 11. 12. §. 1. l. 76. §. 1. ff. de furt. III. cum nomine ejus, quod interest, certa quantitas, quasi pœna exprimitur, in quam quis teneri debet, tum enim illud non amplius inspicitur. l. 38. §. 17. ff. de V. O. §. ult. Inst. eod. l. 6. d. præf. stip. nisi forte actor probare voluerit, pluris sua interesse, ut & illud consequatur. l. 28. ff. de A. E. IV. Si nondum intervenerit mora l. 3. §. 3. ff. de A. E. ex eo enim tempore demum quidq; æstimatur, quò novissime solvi debuit. l. 11. ff. de re judic.

THES. XXXVIII. Quæritur verò hic, An idem, quod cesset petitio, dicendum, si id quod interest, ultra duplum, s. alterum tantum debeatur? Et affirmamus hoc de illis casibus, qui certam habent quantitatem, s. naturam, per l. 43. 44. ff. de A. E. l. 48. ff. de evict. l. 14. §. 5. §. 9. ff. de serv. corr. l. 1. §. 1. ff. de pos. l. 1. pr. ff. de his, qui effud. idemque postea confirmatum, ad alias causas productum, & expressum clarissus esse dicimus in l. un. C. de sent. quæ pro eo quod inter: adeo ut per hanc ipsam ex jure veteri vel abrogata penitus sit l. 2. §. 8. ff. de eo, quod certo loco vel certe ad ealum specialem restringenda, loquaturque Justiniani constitutio, quæ est una ex 50. Decisionibus, per quas sunt correctæ Pandectæ constit. cordi §. 2. de emendat. Cod. v. Dn. Tabor. Cons. Acad. de præf. de b. infel. p. 3. art. 13. de term. ejus quod int. th. 22. non de Interesse unius, ubi ad centrum singulis mensibus penduntur novem vel decem, quod statuit cum Surdo Berlich p. 2. con. 38. n. ult. vers. nihil movent sed de interesse plurimorum annorum, quod probat sermonis generalitas, qui ad casus rarissimos se se restringi nullatenus patitur: ac natura & conditio interesse, quod non ut utura in menstruum aut annum dispescitur. Dn. Tabor alleg. loc. th. 23.

THES. XXXIX. Neque porro per duplum, ut nonnulli ex Dd. volunt, intelligendum hic est duplum ipsius interesse sorte exclusæ, semper enim in hoc continetur simplum illud, quod duplatur, quodq; causam dedit obligationi, nisi forsan separatim utriusque actiones sint constitutæ, ut in furto §. ult. Inst. de obl. quæ ex del. aut alias contrarium

um clare fuerit dispositum. *Dn. Tabor d. loco th. 24.* unde etiam, ne
lucrum lucri constitutendo progressus fiat in infinitum, admittendam
neutiquam ne inter Mercatores. quidem Interesse. alterius Interesse ex-
actionem concludit *Carpz. jur for. c. 30. D. 29. n. 3. & seqq.* Quod tamen
limitat *Hahn. ad Vvesenb. tit. de usur. n. 11.* quoad Interesse lucri cessantis,
& idem probat, si primum Interesse petatur accessorie: contrarium
verò tener, si primum principaliter, ac alterum Interesse exigitur acces-
sorie: Quod si autem de damno evitando, & passo agatur, rectè etiam
tunc Interesse alterius Interesse peti posse docet, & Responso. Faculta-
tis suæ confirmat *d. loco.*

THES. XLA. Habet verò interea, cum eo quod interest, affi-
nitatem I. usura ab usu sic dicta. quia propter ulum sortis accedit Et su-
mitur hæc vox interdum latissime pro omni rei debitæ accessione, &
augmento *Vvesenb. ad tit. ff. de usur. n. 1.* ita ut etiam Interesse. I. lucrum
cessans comprehendat *Carpz. l. 4. tit. 7. resp. 50. n. 3.* à quo tamen, si stri-
ctè & proprie accipiatur, differt. I. Definitione: Usura enim est ad-
ditamentum pecuniæ ad debitam sortem ejusdem generis. *Pac. in 1. 1. §. 1. ff. de usur. n. 4.* denotatq; eam tantum accessionem, quam propter ulum
quantitatis principaliter debitæ creditor exigit. *Dn. Schnob. Diss. π. 13. th. 1.*
Interesse contra est utilitas, quæ adversarii culpa nobis abest, eo quod da-
mnum passi sumus, aut lucrum non fecimus *vide supra th. 5.* indicatq; sic illius
utilitatis æstimationem, quæ vere nobis & vel dolo alicujus, vel culpa extra
rem principalem abest *l. 13. pr. l. 43. ff. de A. E. 11.* Causa efficiente: usura
enim debetur plurimum ex conventionione, Interesse verò, ex eo quod fieri
aut omitti debuit. *v. supra th. 15. & 16. Vvesenb. in parat. ad tit. ff. de usur. n. 13.* III. Materia: usura enim versatur circa quantitatem, sicut,
quæ pondere, numero, & mensura constat *Pac. d. loco n. 4.* Interesse
autem circa rem cujuscunque generis, excepta ea, quæ quantitate est
posita *l. ult. ff. de per. & comm. rei vend.* IV. Forma: usura semper est;
certa, & definita lege aut moribus, & quidè terminatur hodie quinq;
pro centum. *Reform. Ord. Polit. de anno 1530, 1548 & 1577. tit. von wu-
cherlichen contracten. Hahn. obs. ad Vvesenb. tit. de usur. n. 11. Carpz. lib. 4.
tit. 7. Resp. 50. n. 1. & seqq.* licet passim semisses, quæ etiam in jure civili
fuerant permittæ, *p. l. 26. §. 1. C. de usur.* exerçantur de consuetudine.
Dn. Schnob. Diss. π. 13. th. 9. Interesse verò est semper incertum, & ino-

Determinatum l. 6. §. ff. de V.O. & §. ult. Inst: eod: V. Fine: Et sic usura debetur propter moram non solventium, Interesse vero etiam propter lucrum petentium. *Bachov. ad Tr. vol. 2. Diss. 12. lit. C.* vel illa est lucrum emergens, & damnum cessans; hoc autem è contra damnum emergens, & lucrum cessans. 2dum *Itholos. Synt. jur. lib: 21. c. 10. nov.*

THESES. XLII. Neque verò sublata hodie talis videtur differentia per *Rec. Imp. de anno 1600. §. 152.* Sed viel nun / loquitur enim, textus ille tantum de casu irregulari, ubi debitor est in mora restituendi pecuniam mutuam, & in hoc licet usuræ assimilentur ei quod interest, attamen non toto genere, sed ratione tantum quantitatatis eidem sunt exæquatæ, confirmaturque potius talis diversitas illo ipso §. in fin. vers. oder aber da dem Creditori. Nec obstat novissimus *Rec. Imp. de anno 1654. §. 174.* in hac enim, licet vox interesse & usura ponantur indistinctè, haud tamen exinde omnimoda sequitur ipsius rei adæquatio, aut prioris Imperii legis immutatio. Junge *Carpz. d. l.*

THESES. XLIII. Atque ex his quidem liquet, an hodiernis moribus usuræ non ut usuræ, sed ut interesse, seu lucrum cessans, & publice lege taxatum peti queant? præterquam enim, quod duo hæc ad exacta juris principia revocaverimus, & tam definitione, ac nomine, quam causis, ac re ipsa, etiamnum differre dixerimus, non certè in d. *Rec. Imp. de anno 1600. §. 152.* interesse ad rationem quinconciam usurarum plenè planeque est determinatum, sed potius in effectu id tantum constitutum, ut hodiè ex mora debitoris etiam in mutuo non minus, ac fit de jure civili in b. fidei contractibus, l. 32. §. 2. ff. de usur. & l. 2. C. eod. usuræ non promissæ debeantur. *Franzk. lib. 2. res. 10. n. 84.* quæ quidem non ultra alterum tantum, adeoque in infinitum sunt exigenda, tum quod infinitatem LL. reprobent, arg. l. n. §. 18. de leg. 3. l. 13. §. fin. de dam. inf. exactoresque earum infamia noceant. l. 20. C. ex q. caus. inf. irrog. tum quod si supra modum ratatum, aut duplum fuerint soluta, vel conditione indebiti reperantur, vel fore impudentur, eandemque minuant. l. 29. ff. de usur. l. 26. pr. & §. 1. ff. de cond. ind. Cum Imperator in universum usuras usurarum, sive præteriti, sive futuri temporis, seu unà ab initio, seu singulis terminis nova stipulatione repetitâ promissæ fuerint, aboleverit. l. 28. C. de usur.

THESES. XLIII.

THESES. XLIII. Et sic obtinet etiam illa ipsa anatocismi prohibi-
 tio I. in usuris pupillaribus, nec obstat *l. 7. §. 12. ff. de adm. tut.* ubi enim
 usura est fors effecta, ut disertè asseritur in *l. 58. §. 1. in fin. eod.* idque id-
 eo, quia mutatio personæ facta fuit, dum sc. Tutor vel Curator non
 à se nec ipso, sed ab alio exegit. *Franzk. lib. 2. Res. 10. n. 40.* unde quod
 usura nomine ipsi est solutum, alteri, utpote veram sortem sub usuris
 recte credere potest. *Dn. Struv. Syn. jur. Civ. Exerc. 27. th. 51. II.* in usu-
 ris rei judicatae, si sc. sequestratis veteribus seorsim computentur, & ex
 nova causa considerentur, cum enim non possunt terminum à lege
 communiter definitum excedere. *Dn. Tabor. conf. Acad. de præf. deb.
 inf. p. 4. art. 1. th. 9. 10.* III. in usuris pacto extensivo promissis, ut donec
 ea solverentur, fors non peteretur, per *l. 4. §. ult. ff. de pall.* præter-
 quam enim quod in *d. lege* agatur tantum de cursu illarum, non verò
 progressu ultrà duplam, quatenus & quousque eadem debeantur; contra-
 rium videtur postea sancitum in *l. 27. §. 1. C. de usur. & Nov. 121. 130. 160.*
 IV. in usura nautica, quæ ad finem centesimæ, non ultra duplum debe-
 tur. *l. 4. §. 1. ff. de naut. san. Dn. Tabor. d. loco art. 4. th. 3. 4.* V. in usuris
 ex mora in b. fidei judiciis debitis, ubi non interest, utrum creditor
 has ipsas sollicitè exegerit, an verò segnior in exigendis illis fuerit, præ-
 terquam enim, quod supra duplum ea peti nequeant, tum quia Impera-
 tor in *d. l. 28. C. de usur.* generaliter loquitur, tum quia illas in *l. 26. C.
 eod.* ubi de quantitate usurarum determinanda disponit, hisce verbis,
 etiam in omnibus casibus, includit, *Franzk. lib. 2. res. 12. n. 25.*
 absolum certè est, & ab æquitate alienum, si secundum constitutio-
 nem Antonini in *l. 10. C. de usur.* vel tardus & malæ fidei debitor melio-
 ris sit conditionis, quam bonæ fidei, & qui semper suâ die pensionem
 solvit, veletiam acerbis creditor, qui statim usuras exegit, & ut lo-
 quitur *l. 105. ff. de sol. & lib. sine temporis temperamento cum sacco
 advenit, præferatur liberali, ac qui tam avare & præcisè non exegit. Mol.
 tr. de usur. n. 40. & 105. Dn. Tabor. conf. Acad. de præfid. deb. inf. p. 2. art.
 6. th. 4.*

THESES. XLIV. Coniunguntur autem interea quandoque hæc
 duo: Interesse & usura, interdum verò separata reperiuntur. Sic que-
 rantum est usura, quando ex stipulatione debetur ab eo, qui non est in
 mora, illi, qui pecuniam habiturus erat otiosam. Interesse contra est,

cum...

cum quis stipulatur, quod sua interest, & ubi jam creditor vel passus est damnum, vel amisit lucrum. Coniunguntur vero in hoc casu, veluti, si quis pecuniam credat hâc lege, ut sibi intra certum tempus reddatur, & interim stipuletur usuras in compensationem ejus, quod sua interest, non carere pecunia credita, prout hæc deducit *Pac. in Isag. ad tit. ff. de usur. n. 6.*

THEſ. XLVI. Luber verò jam hic quærere: An si Creditor sortem receperit, usuras etiam, & interesse ex mora debitum remisisse censetur? Et affirmativa multo videtur prior, quia accessoria non sunt in obligatione *l. 49. §. 1. ff. de A. E. nec sublato principali queunt subsistere l. 178. de R. J.* unde etiam solutio talis accepta, purgat moram præcedentem, & quod consequens est, commissam ejus pœnam diluit. *l. ult. ff. de eo quod cert. loc.* præsertim cum non duxerint actiones, alia sortis, alia usurarum, sed unica tantum, ex qua condemnatione facta, iterata actio rei judicatae exceptione repellitur *l. 4. O. de pos. secus tamen est, si adhibita fuit protestatio, quæ conservat jus protestantis l. 4. §. 1. ff. qui. bus m. pign. vel hyp. sol. l. 20. §. 1. de acq. vel omit. her.* aut usura ex pacto, aliave conventionem, vel officio judicis *l. 8. ff. de eo, quod cert. loc.* debentur, cum enim, quia non accessorie, sed principaliter sunt in stipulationem deductæ, haud videntur sublata solutione sortis, tanquam quæ non tollit aliam obligationem, quàm in cujus causam facta est. *l. 1. ff. de sol. & lib. Carpz p. 2. jur. for. Const. 30. Def. 12. & 13.*

THEſ. XLVII. II. Affinis est ei quod interest, pœna conventio-
nalis; s. quæ ex conventionem debetur, quamq; partibus placuit solvi
loco interesse, in casum, quo non præstatur id, quod promissum est
dari, vel fieri *l. 38. §. 17. ff. de V. O. & §. ult. Inst. eod. l. 37. l. 40. C. de trans-
act.* atque hæc, si genuinam, & pecuniarem vocis proprietatem specta-
verimus, distat multum tam ab usura, quam ab interesse. Hoc enim,
ut supra diximus, est incertum semper ac indeterminatum; pœna vero
est certa *l. 68. ff. de V. O.* licet quandoque incerta sit *di. l. & l. 75. §. 7. eod.* di-
citurque mera, quoties nihil ejus quod interest, habet admixtum. *l. un. §. 1.
fin. si quis jus dic. ad eum planè modum, quo merum dicimus Imperium
cui jurisdictio non inest l. 3. ff. de jurid. & merum jus gentium, quod so-
lo usq; gentium, non civilibus legibus est constitutum. l. 31. pr. ff. de pos.*
Baert. 17. de eo quod inter. n. 105. Deinde usura est, quæ adjicitur dun-

taxat

taxat quantitati, vel ei, quod quantitati loco est *l. 3. §. ult. ff. de usur.*
Pœna vero plurimum facti obligationibus annectitur *l. 72. §. 1. ff. de v. o.*
§. 19. Instit. de inut. stip.

THES. XLVIII. Est itaque sola pœna, cum quis stipulatur pœnæ nomine sibi dari fundum, si quid factum fuerit *§. ult. Inst. d. v. o.* usura vero, & pœna, quando creditor usuras pœnæ nomine stipulatur, si debitor serius debitam pecuniam solverit, licet aliàs Creditoris non intersit, quia non est ulurus pecunia, *l. lecta 40. ff. de R. C.* Tandem pœna simul interesse, & usura est, quoties Creditor stipulatur à debitore usuras, si moram solutioni fecerit, cum ea mora ipsi Creditori damnum afferat, *v. alleg. Pac. Isag. ad h. t. ff. de usur. n. 5. 6.*

THES. XLIX. Atque hæc quidem ipsæ pœnæ conventionales utrum excedere possint duplum, non adeo est expeditum inter Dd. Certè qui negant idem, nituntur hòc fundamento, quia surrogantur loco ejus, quod interest, & svadere idem videtur utriusq; partis commodum, dum actor in dubio sublevatur illo onere probandi *l. fin. de prator. stip.* reus etiam non ultra legitimum usurarum modum gravatur *l. 26. C. de Usur.* Sed contrarium tamen videtur esse verius; præstandaque est pœna, quantacumque etiam fuerit, in stipulationem deducta, *l. 4. §. 5. in fin. ff. si quis caut.* modò non excedat quadruplum *l. 56. pr. ff. de evict. ibique in not. Godofr. lit. 2.* ultra id enim nulla extenditur actio *§. 21. Inst. de act.* nec promissa sit in fraudem usurarum, *l. 13. §. 26. ff. de A. E.*

THES. L. Neque tamen his refragatur Justiniani constitutio quæ est *l. un. C. de sens. quæ pro eo:* loquitur enim illa tantum de taxatione ejus, quod interest, cujus quantitas aliàs est incerta, ac proinde determinanda per judicem, non vero de conventionem partium, quæ certa & definita jam est quantitas: unde verba illa, cum competenti moderamine referenda sunt ad pœnam à judice irrogandam super casus incertos, quamvis facile concesserim, posse etiam judicem ex circumstantiis & rerum ac personarum qualitate conventionalis pœnæ enormitatem coarctare, *arg. l. 85. §. ult. ff. de reg. jur. Fach. l. 1. contr. c. 50. Buerr; tr. de eo, quod inter est n. 106. 107.*

D

THES. XII

THES. LI. III. Id, quanti in licem juratum est, hoc enim ab eo, quod interest, distinguitur l. 2. §. 1. de in lit. jur. l. 64. pr. ff. de judic utpote quod veram rei, vel interesse æstimationem excedere potest, sive ex affectione privatâ actoris, cujus ratio habetur propter dolum & contumaciam adversarii, l. 68. ff. de R.V. l. 1. 8. ff. de in lit. jur. Dn Schnob. Diss. 71. 8. th. 24. sive exinde, quod actor æstimet utilitatem extra rem l. 3. ff. de in lit. jur: quæ non venit in æstimationem hujus interesse.

THES. LI. IV. Causa: nam hæc cum inter alia significata tam latè sumatur, ut comprehendat omnem omnimodò utilitatem quæ causatur ex re ipsa, vel ex ejus usu, denotetque illud in universum, quod actor habiturus fuisset, si tempore debito res ipsi soluta fuisset, l. 17. §. 1. l. 20. ff. de R.V. l. 35. ff. de V. S. Vvesenb. in parat. de usu n. 16. Interesse nomine venire proprie non potest, tanquam in quo haud ita generaliter omnis attenditur utilitas, quæ contingere potuit, sed ea demum, quæ fuit certa, quamq; actor indubitate, & re ipsa consecutus fuisset, si rem tempelive traditam accepisset. l. un. C. de sent. quæ pro eo, quod int. l. 21. §. 3. ff. d. A. E.

THES. LIII. IV. Fructus & Reditus. Fructus à fruendo vel ferendo dictus, proprie est, quod ex ipso rei corpore, ejusq; usu ad fruitionem, utilitatemque possidentis fertur renalciturum, arg. l. 62. ff. de R. V. l. pen. de us. & usufr. leg. denotatque sic omnia emolumenta ex rebus, quas is, ad quem fructus pertinent, detinet, & quibus utitur. arg: §. 35. Inst. de R. D. Atque hoc sensu ejus appellatione interesse etiam quandoque contineri supra diximus th. 2. Reditus verò seu redditus à reddendo derivatus dicitur in genere, quicquid ex re aliqua obvenit, & redit, seu redditur. l. 5. §. 9. ff. de rebus eor. Schor. exam. jurid. tit. de usur. Et hic si est annuus, approbatur etiã jure Pontificio in c. 1. & 2. de Empt. & vend. in extr. comm. comparaturq; emptioni vel usuris ità, ut pro singulis centenis aureis in annos singulos præstentur quincunces. Reichs Absch. de anno 1548. tit. von wucherlichen Contracten §. 8. und nach dem die Wiederkauffs gülden. Et hanc constitutionem observari hodiernum in Imperio, solvique annuos reditus, die jährliche Zinsgülden und Renten non ut lucrum aliquod, aut interesse, sed ut mercem, & rem emptam, quæ annuatim ex ipso emptionis contractu percipitur, testis est Gail: ib: 2. obs: 7. n. 5, 6, 15,

S. LI.

THES. LIV. De jure patrio id probè notandum, quod is, qui
reditum in re immobili habet, Germ. der Rentner/ etiam habeat
jus protimiseos, ipsi enim potestas emendi ante omnia fieri debet
Jur. Lubec. lib. 3. tit. 7. art. 1. cum de jure Justiniano jus illud, suo
modo, odiosum, & contractibus inimicum habeatur *l. 14. C. de
Contrah. emt.* Nec tamen, quod de statuario jure invaluit, ad hypo-
thecam in re quàmpiam constitutam, ut ut usuræ inde exigantur, ex-
tenditur, cum decreta sint strictæ interpretationis. Reditus autem
ille, cum censu, sive ille sit reservativus sive constitutivus, sive re-
dimibilis sive irredimibilis, in hoc significato, benè convenit.

TANTUM.

DEO SIT GLORIA.



Ad Prænobilem & Florentiss.

DN. RESPONDENTEM

amicum & commensalem suum

honoratissimum.

Hactenus insigni es scrutatus jura labore
Jamque quid *Inter sit* differis egregie:
Themata quæ scripti specimen sunt nobile mentis,
Æstimat hæc meritis laudibus ipsa Themis.
Perge bono cœpto, *Patria* te redde, *Patriæ*
Sic *Patriæ* poteris optumus esse *Pater*.

Singularis affectus causa

PRÆSES.

Quis-

Quisquis virtuti se totum dedere gessit,
Illum virtutis præmia digna manent ;
Sed qui Virtuti conjungit sacra Themista,
Hunc tanto major gloria lausque manet :
Ipsius siquidem ductu Respublica tota
Firma stat, & variis eripiturque malis.
Talem Te nobis dudum WEDENHOFE stitisti,
Hinc Tibi digna feret præmia Diva Themis :
Et Tua cum virtus Te jam traducat in oras
Externas, mores ut videas hominum,
Utpote Gallorum, vel quos Saturnia tellus,
Belgarumque solum, Teutonicumque ferunt;
Hæc eadem sanè virtus Tibi præmia reddet
Digna *Tuis* studiis, digna *Tua* patriâ,
Nos etiam studiis gratamur prospera quaque,
Ut Te perpetuus concomitetur honos.
Et postquam patrias Tibi mens inviseret terras,
Opramus, fausto sidere faustus eas.

*Nobilissimo & Florentissimo DN. Respondenti amicitia
contestanda ergo sic voverunt*

COMMENSALES.

Macte *Tua* WEDENHOFF virtute, *Tuoque* labore
Sic studii capies præmia grata *Tui*.
Sic studii specimen, genii sic femina dia.
Omnibus ostendas exhibeasque *Tui*.
Sic *Patriæ Lumen* dicêris, & inclyta Fama.
Toto cantabit nomen in orbe *Tuum*.
Gratulor, atque precor studii Tibi præmia digna,
Floreat & nomen tempus in omne *Tnum*.

*Nobilissimo DN. Respondenti populari & amico
suo fraternè dilecto sic gratulari voluit*

Dethlevus Jensen.



